

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

Apuleius ad colloquium evocatus

- A:** Care « Asini » scriptor, cupio tibi dicere paucis,
Gaudia quanta mihi tulerit liber aureus iste!
Vaticinatus eras recte: « laetabere, lector »:
Laetitia vera elatus super astra volavi,
05 Atque locum tetigi, quo tu nunc numinis alti,
Calve, sacerdotis caelestia munera comples.
- Ap:** Lectorum voces gratae mihi semper. Habesne,
Quaerere quod cupias ex me? Iam pone timorem.
- A:** Dic mihi, sitne tibi tandem devicta cupido
10 Omnia noscendi, magicis etiam artibus, ultra,
Quam licet humano generi penetrare, volandi?
- Ap:** Cur mihi damnetur noscendi cuncta cupido
Quae nos celatos asinino tegmine et aure
Instructos grandi, miscens adversa secundis,
15 Per varios casus, quamvis prudentia desit,
Multiscios reddit? Sapiens sic factus Ulixes.
- A:** Mutatam laudans formam, plaudisne magiae?
- Ap:** Non ita. Nam magicis amittitur artibus omnis
Libertas homini. Numquam magus esse cupivi,
20 Naturae rerum leges sed perspicere omnes,
Discipulus, Plutarche, tuus, magnique Platonis.
- A:** Cur tamen Isiacam profiteris religionem?
- Ap:** Libera visa mihi vanaeque superstitionis
Immunis, sophiâ magni haud indigna Platonis.
- 25 **A:** Dis indigna tamen sunt corpora theriomorpha!
- Ap:** Dicta putes allegorice, quae indigna videntur.
- A:** Sic quoque censebat Patrum perdocta caterva
Foederis Antiqui scriptores esse legendos.
- Ap:** Numen idem gentes variis speciebus adorant.
- 30 **A:** Quae tibi visa Isis, Psychae Venus illa fuitne?
Illa etenim inserta est asininis fabula gestis,
Splendida gemma velut fuso circumdatur auro.
Usque adeo pulchre descripta est Regia Amoris¹,
Palleat invidia ut Nasonis regia Solis,
35 Et livore gravi Ludovicus rex Bavarorum.
Condita nam tibi narranti nova prosa Latina est
Uberrate vigens et flore poetica. Sic tu
Post Ciceronem, post Senecam, venerande novator,

Interview mit Apuleius

- A:** Des « Esels » Autor, lass dir kurz nur sagen,
Wie sehr dein goldnes Buch mich freut! Du kündigst
Zu Recht an: « Lieber Leser, dich wird's freuen! »
Vor lauter Freude flog ich zu den Sternen,
05 Bis hin zum Ort, wo bei der höchsten Gottheit
Du mit Tonsur dein Priesteramt versiehst.
- Ap:** Willkommen sind mir Leserstimmen stets.
Willst du mich etwas fragen? Keine Angst!
- A:** Sag, hast besiegt du endlich die Begierde
10 Nach allem Wissen? Selbst durch Zauberei
Zu fliegen höher, als dem Menschen zusteht?
- Ap:** Warum soll ich den Wissensdurst verdammen,
Der mir, in einer Eselshaut verborgen,
Mit großen Ohren, zwischen Glück und Unglück,
15 Durch Wechselfälle, wenn auch ohne Einsicht,
Viel Wissen gab? So ward Odysseus klug.
- A:** Lobst du Verwandlung? Billigst die Magie?
- Ap:** Nein! Durch Magie verliert der Mensch die Freiheit.
Ich wollte nie ein Magier sein, durchschauen
20 Nur sämtliche Gesetze der Natur:
Plutarchos' und des großen Platon Jünger.
- A:** Warum bekenntst du dich zum Isiskult?
- Ap:** Er schien mir frei von eitlem Aberglauben,
Nicht unwürdig der hohen Weisheit Platons.
- 25 **A:** Der Götter unwürdig sind Tiergestalten!
- Ap:** Deut' allegorisch, was unwürdig scheint!
- A:** So wollten kluge Kirchenväter lesen
Das Alte Testament. **Ap:** Die Völker ehren
Den einen Gott in vielerlei Gestalten.
- 30 **A:** Was Isis dir war, hieß für Psyche Venus?
Du fügst dies Märchen in des Esels Taten,
In goldne Fassung eine Perle ein.
So herrlich hast du Amors Schloss beschrieben:
Vor Neid erblasst die Sonnenburg Ovids,
35 Erblasst gar Ludwig, Bayerns Märchenkönig.
Erzählend schufst Du eine neue Prosa,
Reich, kraftvoll, blühend, voller Poesie,
Nach Cicero, nach Seneca ein Neurer,

1 Apul. Met. 5, 1; Ov. Met. 2, 1 sq.

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

- Tertia clamari prosae consuesce columna.
- 40 **Ap:** Tune putas solus? **A:** Lector non solus ego sum.
Namque imitatores «Asini » sunt saepe reperti:
Scriptores inter, nutrit quos Gallia mater,
Balzaci² Titan et tu, Couper³, poeta
Hagensis, cultissima cui Neerlandica lingua est;
- 45 Nominis ignarus Collodine Italus ullus?
Sunt etiam multo plures, Psyche et Amoris
Fabula quos rapuit. Epica est conscripta poesis
Austriaco vati, favit cui Musa, Roberto⁴.
Fabellas Gallus Fontanus⁵ dicere gnarus,
- 50 Sub titulo Psyche et Amoris rara venuste
Menda puellarum ridens probat ore remisso.
Carminibus lyrici Psyche celebrare dolores
Non cessant: laeta gravitate Helvetius Orpheus⁶;
Heinius Henricus⁷ solito sale seria spargens.
- 55 Iam vos nec pictor nec sculptor despicit ullus.
Bertelium⁸ an taceam, felix quo Dania gaudet?
Augustumve⁹ decus magnum tibi, Gallia mater?
Nec minor Italus his Antonius ille Canova¹⁰,
Alatum et validum solus qui finxit Amorem,
- 60 Qui Psyche tollat revocetque in caerulea caeli.
Sculptoris saxo nil ponderis arte relictum est,
Voce etenim clara clamare videtur imago:
« Ambrosiae, Psyche, caelestia pocula sume:¹¹
Esto morte carens, aeternaque foedera sumto ».
- 65 **Ap:** Sic in pelle asini facies divina latebat¹²,
Quae postquam transit tua regna, Proserpina, vidit
Noctem per mediam Solis¹³ sacra lumina nata.
- Der Prosa dritte Säule sollst du heißen!
- 40 **Ap:** Das meinst nur du. **A:** Wir Leser sind sehr zahlreich.
Nachfolge fand dein « Esel » gar nicht selten.
Sieh: Von den Schriftstellern, die Frankreich nährt,
Ist's der Titan, Balzac; Couperus auch,
Der niederländischen Sprache edler Goldschmied!
45 Collodi gar, den ganz Italien kennt!
Noch mehr sind's, die dein Märchen hat begeistert:
« Amor und Psyche » heißt ein Heldensang
Von Hamerling, dem Barden Österreichs,
Und Frankreichs Fabeldichter La Fontaine
50 Belächelt im Roman « Amor und Psyche »
Der Frauen kleine Fehler liebevoll.
Gern feiern Lyriker der Psyche Leid:
Der große Conrad Ferdinand mit Würde,
Und Heinrich Heine, wie gewohnt, mit Witz.
55 Kein Maler und kein Bildhauer vergisst euch.
Wie könnt ich Thorvaldsen, der Dänen Stolz,
Auguste Rodin verschweigen, Frankreichs Zierde?
Nicht minder groß: Italiens Canova,
Der Riesenkraft verleiht den Flügeln Amors,
60 Zu tragen Psyche auferweckt zum Himmel:
Es raubt des Meisters Kunst dem Stein die Schwere,
Scheint doch das Bildwerk laut zu rufen: « Psyche,
Trink aus den Becher mit Ambrosia!
Unsterblich sollst du sein wie unser Bund! »
- 65 **Ap:** Der Esel barg in sich ein göttlich Antlitz.
Durchwanderte das Reich Proserpinas,
Schaut mitten in der Nacht der Sonne Licht.

2 Honoré de Balzac (1799-1850), *Peau de chagrin*.

3 Louis Couperus (1863-1923), *De verliefde ezel*. Cf. eiusdem librum qui *Psyche* inscribitur.

4 Robert Hamerling (1830-1889), *Amor und Psyche*.

5 Jean de La Fontaine (1621-1695), *Les amours de Psyché et de Cupidon*.

6 Conrad Ferdinand Meyer (1825-1898), *Die gezeißelte Psyche*.

7 Heinrich Heine (1797-1856), Romanzen XV: *Psyche*:
« Achtzehnhundertjähr'ge Buße / und die Ärmste stirbt beinah : /
Psyche fastet und kasteit sich, / weil sie Amorn nackend sah. »

8 Bertel Thorvaldsen (1770-1844).

9 Auguste Rodin (1840-1917), *Amour et Psyché* 1885.

10 Antonio Canova (1757-1822) anno 1793 sculpsit Psyche ab Amore a morte ad vitam revocatam.

11 6, 23 *Sume, Psyche, et immortalis esto!*

12 6, 29 *Potest in asino meo latere aliqui vel vultus hominis vel facies deorum*.

13 11, 23 *Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine*.

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

- 70 Aurorae imbuto demum per membra colore
Dura meis oculis detracta est pellis, et omnis
Vita mihi penitus patuit, simul acta et agenda
Perspexi clare: sine quo nil scribere possem.
- A:** Inde tibine animus laetus liberque? **Ap:** Ita factum est,
Ut videas asinum sapientum more loquentem.¹⁴
- A:** lure quidem. Quae de sophia tibi scripta Platonis,
75 De mundo, nec non de Daemone Socratis exstant,
Doctrinae fontes fuerunt per saecula multa.
Sermonis Graeci dum ignara Europa manebat,
Tu logices, physices doctor morumque bonorum
Exstabas. Grates agimus! **Ap:** Nunc Graeca leguntur;
80 Nec scriptis opus est nostris. **A:** Utinam bona nostra
Nossemus! Praesto nobis sunt omnia: Pauci
Lectores remanent. Vix cuiquam Graeca loquela
Nota est, insueta est multis iam lingua Latina,
Et patrius sermo est ignotus. **Ap:** Rem nimis auges.
- 85 Desine lugubres cantus. Namque est deus unus,
Immerito obliti cuius nimis esse videmur.
- A:** Scire aveo quis sit, **Ap:** Tantum auscultare memento.
Est urbs Thessaliae (notam quam reddidit orbi
Caseus haud male olens), Hypatorum¹⁵ nomine gaudet.
- 90 Hic sancti Risus celebrant mysteria magna,
Non mihi nota prius. Tentamina dura fuere;
Derisus cunctis disco quam ridiculus sim.
Auctorem inde suum deus hic comitatur amanter,
Ut doleas, numquam patitur; frontemque serenam
- 95 Assiduo splendore hilarat divina venustas.
- A:** Macte et dona, dei quae fert tibi gratia, gaudens
Accipe teque libens semper praesume beatum.
Adde huc lectores, quos vox tua laeta refecit:
Inter felices tu felicissimus auctor.
- 70 Als Morgenrot die Glieder übergoss,
Fiel mir's wie Schuppen von den Augen, offen
Sah ich mein Leben, Zukunft und Vergangnes:
Sonst wär aus meinem Schreiben nichts geworden.
- A:** Daher kommt wohl dein heitrer, froher Mut?
Ap: Drum spricht der Esel wie ein Philosoph.
- A:** Mit Recht! Was Du von Platons Lehre schreibst,
75 Vom Kosmos und von Sokrates' Daimonion,
Ein Wissensquell war's für Jahrhunderte,
Solange Europa ohne Griechisch blieb.
Für Logik und Physik und Ethik warst
Der Lehrmeister du. Danke! **Ap:** Ihr lest Griechisch,
80 Braucht mich nicht mehr. **A:** O wüssten wir den
Reichtum zu schätzen! Alles haben wir, doch Leser
Gibt's wenige. Kaum einer kann noch Griechisch,
Und vielen klingt Latein schon ungewohnt,
Die Muttersprache fremd. **Ap:** Du übertreibst.
85 Hör auf zu jammern. Gibt's doch einen Gott,
Den wir zu Unrecht übergangen haben.
- A:** Wer ist's? **Ap:** Hör gut zu! In Thessalien
Gibt's eine Stadt (die Welt kennt ihren Käse,
Der köstlich duftet) Hypata genannt.
90 Dort lernst ich neu des Lachgotts Großmysterien.
O schwere Prüfung! Man verlachte mich;
Ich sah mit Qual, wie lächerlich ich bin.
Der Gott begleitet seitdem seinen Autor
Voll Güte, nimmt ihm jeden Schmerz, erheitert
95 Die Stirn mit ewgem Glanz und Götteranmut.
- A:** Genieße glücklich diese Gnadengaben,
Froh überzeugt: Glückseligkeit ist dein.
Sieh an die Leser, die an dir sich freuen:
Bist unter Glücklichen der Glücklichste.

14 10, 33 *Nam saepius offendi te asinum philosophantem.*

15 *Apul. Met. 2, 31; cf. 3, 11.*

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

Ad Augustinum epistula

- Natus eram ter quinque annos: donata mihi sunt
Quae tu de vitâ scripsisti colloquia acta
Ipse tuâ summo cum Numine. Saepe relegi
Mirabarque animum sincerum veridicumque.
- 05 Te primum melius cunctis me nosse putabam.
Multa quidem nobis Ciceronis epistula pandit,
Multa etiam de se Flaccus narrare videtur,
Multa etiam Naso. Sed fragmina cuncta manebant.
Ausus tu primum vitam proponere totam
- 10 Historiamque animae cupientis noscere verum
Atque per errores multos et opaca viarum
Altius humano divinum cernere lumen.
Rebus in his Asini scriptor¹ praecesserat; atqui
Fictam, non veram vitam conscripserat ille.
- 15 Nec melior nec callidior fit Lucius; at tu
Paulatim res dispiciens sapientior exstas.
Nec tu dissimulas, qui te docuere, magistros.
Namque tuam mentem Cicero convertit in altum,
Caelum, non terram qui te spectare iubebat,
- 20 Nullas sectari sectas, sed quaerere verum.
Plutarchi tum discipuli magnique Platonis
- inter quos Asini scriptor Mariusque² Latinus -
Te vinctum tristi Manichaeo errore resolvunt;
Nam dixere: « Malum non est substantia, nil est!
- 25 Vere etenim tantum bona sunt, absentia quorum
Dicitur esse malum. Deus est bonus. At homo pergit
A nihilo ad Numen.» Dixit sapientia. Tuque³
In te cum intrasses, oculis animaeque videres:
Supra te mentemque tuam lux ecce sublimis
- 30 - Nec tamen illa loco, sed vi fuit altior - exstat,
Immutata manens immensumque occupat orbem.
Nullius similis lucis, quam novimus, illa est.
Utque creaturâ maior sine fine creator,
Sic lux illa faces nostras supereminet omnes.
- 35 Spectantem superavit amor divinus et horror.
Voxque dei dixit: « Sum, qui sum.⁴ » Biblica verba

1 Apuleius.

2 Marius Victorinus.

3 Aug. Conf. 7, 10, 16.

4 Exodus 3, 14.

Brief an Augustinus

- Man schenkte mir als Fünfzehnjährigem
« Bekenntnisse », dein Leben als Gespräch
Mit Gott. Ich las es wiederholt voll Staunen
Ob deiner Ehrlichkeit und Wahrheitsliebe.
- 05 Mir war, ich kannte besser dich als alle.
Die Briefe Ciceros verraten viel zwar,
Viel scheint Horaz von sich uns zu berichten,
So auch Ovid. Doch all dies blieb Fragment.
Als erster stellst du ganz dein Leben dar,
- 10 Geschichte einer Seele, die das Wahre
Sucht, auf viel Um- und Irrwegen, ein Licht
Zu schauen, göttlich, höher als wir Menschen.
Vorangegangen war des « Esels » Autor; doch er
Beschrieb kein echtes, ein erfundnes Leben.
- 15 Sein Lucius wird nicht besser und nicht schlauer;
Du blickst allmählich durch, nimmst zu an Weisheit.
Verhehlst auch nicht die Meister, die dich lehrten.
Denn Cicero lenkt deinen Geist nach oben,
Heißt dich zum Himmel, nicht zur Erde blicken,
- 20 Der Wahrheit nachgehn, keiner Schule hörig.
Des großen Platon und Plutarchos Jünger
- wie Apuleius oder Marius Victorinus -
Befreien dich von Manichäer-Irrtum.
Ihr Ruf: « Das Böse hat kein Wesen, ist ein Nichts:
- 25 'Sein' kommt allein dem Guten zu; sein Fehlen
Nur nennt man 'Übel'. Gott ist gut. Der Mensch
Bewegt vom Nichts zu Gott sich. » Weisheit sprach's.
Du kehrtest bei dir ein; dein Seelenaug
Sieht über dir und deinem Geist ein Licht -
- 30 Nicht räumlich höher, doch an Kraft erhabner
Füllt unverändert es das Unermessne
Und ähnelt keinem Licht, das uns vertraut.
So hoch der Schöpfer überragt Geschaffnes,
Strahlt heller jenes Licht als unsre Fackeln.
- 35 Dich übermannt der Gottheit Lieb' und Schauer.
Gott sprach: « Ich bin, der ich bin ». Wort der Schrift

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

- Visum confirmant. Auditur « tolle lege » illud⁵:
Obsequeris Paulo. Plotini gnarus alumnus
Ambrosius monstrat sophiamque fidemque sorores
40 Esse, et Scripturae non raro barbara verba
Pneumaticum relegens aperit celantia sensum.
Sic ex rhetorica est ars hermeneutica nata.
Biblia dum Ambrosius facundius explicat, ecce
Iam tibi denuo fit, Cicero quod fecerat olim:
45 Mirantem verba, ipsa rapit res: filius et tu
Laudatis Dominum sancto baptisate laeti.
Illo momento nova musica temporis orta est:
Ambrosio atque tibi cantatae ex tempore laudes⁶.
Laetitia fuerat spatium tamen hoc breve. Natus
50 Qui fuit ante diem, praecox animique, silescit
Morte immatura. Scriptum sed colloquium exstat
Vestrum, quo monstras habitantem in corde Magistrum.⁷
Haec ego cum legerem, lacrimae dum lumina turbant,
Agnovi ex Seneca quae me didicisse recordor.
55 Post natum paulo mater te Monnica linquit,
Assiduis precibus quae te comitata per annos
Viderat expleri tandem sua fervida vota.
Cum qua dum spectas per apertam nocte fenestram⁸
Haud procul a pelago nocturni sidera caeli
60 – Ostia vos habuere, abeuntibus heu loca nota – ,
Conticuit rumor, radiabant astra, silebant
Omnes iam voces hominum pecudumque diurnae –
Vox audita Dei est per tanta silentia vobis,
Vos intrare iubens divina in gaudia vivos,
65 Participes vitae aeternae, dum corpora spirant.
Perpetuae brevis hora fuit praenuntia vitae.
Intra quinque dies moritur matercula: corpus
Quae tibi terrenum donarat, gaudia caeli
Praegustare dedit linquens terrestria mater.
70 Cur hic non operis fecisti, maxime, finem?
Intima Mnemosynes scrutari arcana paratus
Narratis vix praeteritis praesentia carpis:
Fitque sui cognoscendi schola.⁹ Iamque futura
- Bestätigt dein Gesicht. Du hörst: « Nimm, lies ».
Gehorchst dem Paulus. Und Plotinos' Kenner
Ambrosius zeigt, dass Glaub' und Wissen Schwestern,
40 Lehrt dich, im ungefügten Bibeltext
Den geistlichen Gehalt ans Licht zu bringen.
So ward aus der Rhetorik Hermeneutik.
Beredt legt aus Ambrosius die Schrift –
Und dir ergeht's wie einst mit Cicero:
45 Der Worte Reiz begeistert für die Sache!
Du und dein Sohn lobt Gott bei eurer Taufe:
Geburtsstunde der neueren Musik:
Du und Ambrosius sangt spontan « Te Deum ».
Doch war die Zeit der Freude kurz: Dein Sohn,
50 Dir früh geschenkt, begabt und frühreif, stirbt
Dir vor der Zeit. Ein Dialog mit ihm,
Von dir verfasst, geht um den « innern Lehrer ».
Als ich den las mit Tränen in den Augen,
Erkannt ich, was mich Seneca einst gelehrt.
55 Bald nach dem Sohn verlässt dich Monnica,
Die Mutter, die dich allzeit im Gebet
Begleitet, und ihr heißes Flehn erfüllt sah.
Du schaust mit ihr bei Nacht am offenen Fenster
- in Ostia, einem Ort des Abschiednehmens, –
60 Den Himmel. Alles schweigt, die Sterne strahlen,
Kein Laut von Mensch und Tier durchbricht die Ruhe.
Aus tiefer Stille hört ihr Gottes Ruf,
In eures Herren Freude einzukehren,
Am ewigen Leben teilzunehmen, noch
65 Lebendigen Leibes hier auf dieser Erde:
Ein Augenblick, Vorschuss der Ewigkeit.
Fünf Tage später war die Mutter tot.
Die dir das Erdenleben schenkte, gab dir
Im Sterben einen Vorgeschmack des Himmels.
70 Warum lässt du dein Werk nicht enden hier?
Auf das Vergangne folgt die Gegenwart:
Erforschst die Winkel des Gedächtnisses:
Der Selbsterkenntnis Schule. – Zukunft schließlich:

5 Aug. Conf. 8, 12, 29.

6 Illo temporis momento natum esse dicitur « Te Deum » illud.

7 Aug., De magistro.

8 Aug. Conf. 9, 10, 23-26.

9 Conf. liber 10.

Große Römer im Gespräch: Interviews und Briefe

Autor: Michael von Albrecht

- In Genesi¹⁰ claudit nascens Ecclesia totum.
- 75 Nec te doctrinis alienum Ecclesia fecit.
Te contemplandi studium tenet, alte magister,
Versatur tua vita in consilio ac ratione,
In contemplandis rebus te ponis. Et ecce
Scribendi natum inde novum est genus: optime lector,
- 80 Dic mihi, cur rapiant te secum senza magistri!
Est quia, dum loquitur, nascuntur, crescere gaudent,
Mox efflorescunt, vanescunt, cedere prompti
Usque novis. Sic perpetuo quasi flumine mota
Auctoris ratio meditantis verba profatur,
- 85 Quae possint sensum nascentem tradere nobis,
Inveniendarum testes nos reddere rerum.
Sic producta tibi est sapienti vivida prosa,
Cui lyrica adspersis non raro lumina, verba
Psalmorum intexens gemmarum more tapeto.
- 90 Tempora nostra ex te quam multum discere possunt!
Mansisti sophiae semper vir deditus: orbem
Tu doctrinarum totum complexus es unus.
Historiae sophiam¹¹ primus tu condere mundi,
Temporis¹² et primus naturam exponere es ausus.
- 95 Quid sint signa¹³, rogas, quid significantque revelas.
Intima dumque animae penetralia perspicis, audax
Humano larvam fucatam detrahis ore.
Cum Senecâ detecta hominis tibi prava voluntas;
Sed Pauli medicina venit vox: *indue Christum*.¹⁴
- 100 Historiam vitae sine te quis scribere possit?
Utque tuae vitae Cicero pars magna Platoque,
Tu cum illis vivis nostrae pars integra vitae.
- Die Kirche, zweite Schöpfung in der ersten.
- 75 Die Kirche lenkt von Wissenschaft nicht ab:
Stets bleibst ein Philosoph du, hoher Meister,
Setzt ein dein Leben für Vernunft und Denken.
Die Welt erkennen ist dein Ziel. Und siehe!
Neu ist die Schreibart, die daraus erwächst.
- 80 Warum reißt du den Leser mit dir fort?
Im Reden kommen die Gedanken, wachsen,
Blühen auf, verblassen, sind bereit, zu weichen
Stets Neuem. So strömt aus in ständigem Flusse
Des Meisters Denkkraft Worte, die vermitteln
Gedanken im Entstehen uns: zum Zeugen
Des Denkgeschehens machst den Leser du.
So schaffst als Denker du lebendige Prosa
Mit Glanzlichtern der Lyrik: Psalmenworte
Webst du als Perlen in den Teppich ein.
- 90 Wie viel kann lernen unsre Zeit von dir!
Stets bleibst ein Denker du: den ganzen Kreis
Der Wissenschaften schließt allein du ein:
Philosophie der Weltgeschichte schufst du;
Was Zeit ist, hast als Erster du erklärt.
- 95 Erhellst, was Zeichen sind, was sie bedeuten.
Durchschaust der Seele Tiefen, reißest kühn
Die falsche Maske von des Menschen Antlitz.
Mit Seneca siehst du den bösen Willen
Im Menschen – ziehst mit Paulus Christum an.
- 100 Wer könnte sein Leben ohne dich beschreiben?
Wie Platon, Cicero deines Lebens Teil,
Sind sie mit dir ein Stück von uns geworden.

10 *Conf. libri 11-13.*

11 Cf. Aug., *De civitate Dei*.

12 Cf. Aug., *De musica*.

13 Cf. Aug., *De magistro; De doctrina christiana*.

14 Paulus, *Ad Rom.* 13, 13 sq., quem locum affert Aug. *Civ.* 8, 12, 29.